



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Revisionis Vnionvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

PRAXIS REVISIONIS VNIONVM.

RESOLVT. CCLXIV.

- 1 *Vniones reuideri spectat ad Episcopum.*
- 2 *Verba Sacri Concil. Trid. referuntur.*

Reuideri Vniones, cuiam fit concessa Facultas.

- 1 **P**RO responsione dicendum est, quod vniones, quæ reperiuntur factæ in Dicecesi possunt reuideri ab Episcopis locorum Ordinarijs, vt in specie mandat Sacrum Concilium Trident. sess. 7. de reform. c. 6. per hæc infra scripta verba videlicet.
- 2 *Vniones perpetuæ à quadraginta annis citra factæ examiniari ab Ordinarijs, tanquam à Sede Apostolica delegatis possint; & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Ille verò, quæ à dicto tempore citra concessæ, nondum in toto, vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusvis instantiam fient, nisi eas ex legitimis, aut alijs rationabilibus causis coram loci Ordinario vocatis, quorum inter est verificandis factas fuisse constiterit; per subreptionem obtentæ præsumantur, ac propterea, nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit: viribus omnino careant.*

Et iuxta hanc eandem dispositionem, vide idem Concilium sess. 25. cap. 9. vers. quæ verò à quadraginta annis, cuius hæc sunt verba.

Quæ verò à quadraginta annis citra factæ effectum, & plenam incorporationem sunt consecutæ; hæc nihilominus ab Ordinarijs, tanquam ab Apostolica Sede delegatis, reuidentur, & examinentur, & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, similiter cum vnionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipsa separantur, & alijs conferantur.

RESOLVT. CCLXV.

- 1 *Vniones debent visitare quotannis.*
- 2 *Sacri Concil. verba sess. 7. cap. 7. de reformat. repouuntur.*

Vniones reuideri, & visitari per Episcopos locorum Ordinarios quoties debeant.

- 1 **E**Piscoporum locorum Ordinariorum munus versatur in visitandis vnionibus singulis annis, prout, & ita dispositum est per Sacrum Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 7. in his verbis.
- 2 *Beneficia Ecclesiastica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, seu alijs Ecclesijs, vel Monasterijs beneficijs, seu Collegijs, aut pijs locis quibuscunque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur ab Ordinarijs locorum annis singulis visitentur, qui sollicitè providere procurent, vt per idoneos Vicarios etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinarijs pro bono Ecclesiarum regimine, aliter expedire videbitur ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos animarum cura laudabiliter exerceatur; appellationibus, priuilegijs, exemptionibus etiam cum Iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus, quibuscunque præmissis minimè suffragantibus.*

Et iuxta hanc dispositionem reminiscor pluries fuisse practicum in Curia Archiepiscopali Neapolitana tempore, quo vti Index, & Vicarius generalis affidebam.

RESOLVT. CCLXVI.

- 1 *Quæ vniones gaudent priuilegio immemorabilis.*

- 2 *Immemorabilis habet vim tituli.*
- 3 *Acta censentur bene gesta ex temporis cursu.*

Vniones factæ ante quadraginta annos à die publicationis Concilij, An possint reuideri.

EXceptuatur reuizio vnionum factarum ante quadraginta annos à die publicationis Concilij, numeratos, ita quod in tali casu sunt ligatæ manus Episcoporum in se non ingrediendo, vt recenter aduertit Nouarius in suo opusculo noui iuris Pontific. conclus. 8. sub num. 1. in rubr. de Vnionibus Beneficiorum, vbi assignat rationem, quia tales vniones gaudent priuilegio immemorabilis, & consequenter habent vim priuilegii à Papa legitime obtenti, cap. super quibuldam §. præterea, vbi gl. in verbo non extat, de verb. signif. Abb. in cap. cum nobis num. 4. de præscript. Alexand. conf. 24. vol. 2. Marfil. sing. 89. & habet vim tituli. hoc iure, §. ductus aquæ, & ff. de aqua quotid. & æstiu. cap. 1. de præscript. in 6. Natta confil. 283. Caphal. confil. 403. nu. 6. lib. 3. Dec. conf. 347. col. penult. quod etiam in præscriptione iurisdictionis procedit, Bald. in cap. si diligenti, de præscript. nam ex tanti temporis circulo omnia bene acta præsumuntur.

RESOLVT. CCLXVII.

- 1 *Vniones, quæ non sunt sortitæ effectum, non debent executioni demandari.*
- 2 *Verba sacri Concil. Tridentini sess. 25. cap. 9. de reformat. referuntur.*

Vniones, quæ non sunt sortitæ effectum, vel quæ deinceps concessæ fuerint, An debeant per Episcopos executioni demandari, vel sint conferendæ, iuxta primum statum.

- 1 **S**ANè dicendum est, & fundari debet regula, quod vniones, quæ suum non sunt sortitæ effectum, vel quæ deinceps concessæ fuerint; non debent ab Episcopis executioni demandari; imò cum vacauerint, liberè, vt antea conferendæ sunt, nisi Papa in sua Bulla expressam faciat mentionem dispensando, Nonarius in opusculo noui iur. Pontific. conclus. 8. n. 2. de vnion. benefic. ex dispositione Sacri Concil. Tridentini sess. 25. cap. 9. vers. insuper, de reform. cuius hæc sunt verba, quæ sequuntur.
- 2 *Insuper accessiones per viam vnionis factæ de beneficijs liberis ad Ecclesias iurispatronatus etiam laicorum subiectas, tam ad parochiales, quam ad alia quocunque beneficia etiam simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, itaut prædicta beneficia libera eiusdem naturæ, cum iis quibuscunque vniantur, efficiantur, atque sub iure patronatus constituantur. Hæc si nondum plenarium sortitæ sint effectum, vel deinceps ad cuiusvis instantiam fient, quacumque autoritate, etiam Apostolica concessæ fuerint, simul cum vnionibus ipsis per subreptionem obtentæ intelligantur, non obstante quacumque in iis verborum forma, seu derogatione, quæ habeatur pro expressa, nec executioni amplius demandetur, sed beneficia ipsa vnita cum vacauerint liberè, vt antea conferantur.*

Et ita scio fuisse practicum sæpius per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, tam tempore Eminentissimi Cardinalis Aquæuiuæ, quam Eminentissimi Cardinalis Caraffæ Archiepiscoporum pro tempore.

RESOLVT. CCLXVIII.

- 1 *Regula reuocatoria vnionum cessat, quando vniones sint perpetuæ.*
- 2 *Clausula non obstantibus non sufficit contra Constitutionem*

- tionem Concilii.
- 3 Derogatio specialis requiritur Conc. Trid.
- 4 Regula 12. Cancellaria reuocatoria vnionum, non procedit in vnionibus factis Seminarijs.
- 5 Vnio facta in augmentum cultus diuini non comprehenditur sub regula reuocationis vnionum.
- 6 Pia causa non comprehenditur in generali sermone.

An Episcopus in reuisione vnionum possit illas reuocare, & quæ.

Q Vando vniones sunt perpetuæ in eis non obtinet locum Regula reuocatoria vnionum, cum illa ad temporales non ad perpetuas extendatur, vt post Ancharan. consil. 404. tria dubia, & in regula accessorium de regulis iuris in 6. tradit Gambar. lib. 5. titul. de potestate legati in vniedo num. 160. & quia vnio hæc facta extitit autoritate sacrosancti Concilij Tridentini, cui Summi Pontifices visum non est derogare, nec derogari velle: non enim est Papæ intentio velle derogare Concilio prædicto tor laboribus, & vigilijs celebrato, vt ex cap. Ecclesia, de electione, & l. si quando C. de inoffic. testam. tradit Rebutus respons. 159. vers. 12. qui in terminis vnionis hoc ponderat, & confirmat ea ratione, quod Concilij constitutio habet in se clausulam derogatoriam secundum Archidiacon. in cap. 1. in vers. noscatur de constitut. in 6. Gambar. lib. 10. de potestate legati num. 397. & sibi non derogatur, ita facile sicut constitutioni Papæ, Dec. in cap. 1. nu. 8. de iudicijs, & in cap. prudentiam num. 18. de officio delegat. dicens quod contra Constitutionem Concilij non sufficit clausula non obstantibus; vnde Cæsar. de Grassis decif. 9. alijs 3. de rescript. ait quod in Concilio requiritur derogatio specialis, quamuis eius series, & dispositio fuisset narrata, Ripa post Archidiacon. & alios in cap. 1. num. 8. de iudicijs, Gonzalez super reg. 8. Cancell. de mensium altern. gl. 6. num. 120. gl. 13. num. 36. & gl. 18. num. 103.

2 Et in propriis terminis quod regula 12. Cancellaria reuocatoria vnionum non procedat, nec locum habeat in vnionibus factis Seminarijs, nec alijs factis autoritate dicti Concilij Tridentini, resoluit Paris. lib. 2. de resignat. beneficiorum quæst. 9. num. 18. & seq. idem Gonzal. super regul. 8. §. 7. gl. 5. num. 46. & seq. dicens quod saluantur, & excipiuntur vniones quæ sunt pro fundatione, dotacione, augmento, vel conseruatione Collegiorum, & piorum locorum, aut religiosorum ad fidei Catholica defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum, vt ipsa regula excipit, & concernunt notata in c. ex parte, de constitutionibus c. fin. de rescript. lib. 6. Roman. in re. pet. a. h. similiter C. ad leg. Falcid.

3 Quibus constat vnionem factam in augmentum cultus diuini non comprehendit sub regulis reuocationis vnionum, Rota Romana sacri Palatii lib. 3. par. 3. decif. 1143. incip. an per regulam, dicens ita fuisse resolutum in vna Conchenfi præstimonij vnionis de Baraxas, vt per Mohedan. decif. 7. num. 3. de priuilegijs, eo quod in generali sermone non comprehenditur facta ad piam causam, ex Innoc. & Ant. de Butr. in cap. relatum li. 1. de testam. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ col. 3. de constitut. Achill. de Grassis decif. 388. alijs vnica super regula Cancellaria de reuocatione vnionum.

PRAXIS COGNITIONIS CAUSARVM
Matrimonialium, & Criminalium.

RESOLVT. CCLXIX.

- 1 Episcopus est Index compctens causarum matrimonialium, neque alijs committi solent num. 4.

- 2 Causa matrimonialis dicitur ardua.
- 3 Episcopus debet cognoscere de causa matrimon., quia Sacramentum.

Cognitio causarum matrimonialium, & criminalium ad quem regulariter spectet.

1 EX Concilio Trid. sess. 24. cap. 20. cognitionem causarum matrimonialium non pertinere nisi ad Episcopos tantum, cuius textatio duplex assignari potest.

Prima, quia cum matrimoniales causæ arduæ sint, vt per Bald. in cap. causam matrimonij, de probationibus. Abb. in cap. mulier in 7. de iure iurando, Sbroz. de officio Vicarii lib. 2. quæst. 44. num. 4. propterea, non per inferiores, sed ab Episcopis tantum esse cognoscendas æquum est.

2 Secunda ratio est, quia licet matrimonium contractus sit, quia tamen Sacramentum Ecclesiæ est, Episcopi tantum de eo cognoscendi facultas datur, vt probat textus in cap. multorum 35. quæst. 6. cap. auditis, de præscriptionibus, c. accedentibus de excessibus Prælatorum.

3 Et disponit Concilium Trident. sess. 24. de refor. cap. 20. vers. ad hæc, causæ matrimoniales, par enim iustumque Sanctissimi Patres existimauerunt, tam sublimi Sacramento superiores, etiam omnium totius Orbis Iudices tribuere, resolunt Couar. de sponsalibus par. 2. cap. 8. §. 12. nu. 1. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 43. in princip. Franc. Leo in Thesaur. fori Ecclesiastici par. 2. cap. 9. nu. 6. Gutierrez practica lib. 3. quæst. 26. nu. 1. Lopez l. 7. per text. ibi verbo a los Obisbos tit. 10. par. 4. Sanchez de matrimon. lib. 3. disp. 29. num. 17. Nos in praxi fori Ecclesiastici. decif. 245. in prima edit. & resolut. 215. in 2. edit. Molin. de ritu nupt. lib. 2. diffinit. 10. num. 14. Seraphin. Rota Romana decif. 765. Fufc. de visitat. lib. 2. cap. 21. nuni. 9. & Curia Romana alijs quam Episcopis de stylo committere non consuevit, plures citati a Rendina in promptuario recept. sent. tit. 72. nu. 6.

RESOLVT. CCLXX.

- 1 Causarum matrimonialium cognitionem iudicialiter Episcopus committere non potest, & num. 2.
- 3 Pontifex consuevit Episcopis committere causas, quia graues.
- 4 In tali causa non datur iuramentum suppletorium.
- 5 Causa grauis cur non possint subdelegari.
- 6 Industria personæ censetur electa in tali causa.

An ex delegatione possit inferior Episcopo habere huius causæ cognitionem.

1 Causas matrimoniales, quæ spectant ad Episcopum iure Ordinario, potest ipse committere discutendas, & decidendas Doctoribus, etiam qui non sunt eius Vicarii, Alexand. conf. 149. volum. 3. gl. in dicto cap. 1. de consanguin. Sbroz. quæst. 43. num. 7. & 9. Couar. num. 1. vers. item ex delegatione, & debent huiusmodi causæ matrimoniales ob sui grauitatem, cognosci, & iudicari ab his qui statuta Canonum non ignorant, vt probatur in dicto cap. 1. in fine, vbi causæ matrimoniales, solummodo committuntur peritis, & tractantur per Iudices discretos, Couar. vbi proximè Sbroz. dicto lib. 2. quæst. 43. num. 32. & quæst. 44. num. 1. Menoch. conf. 100. num. 240. & 258.

2 Suprapositam conclusionem veram intelligas, quo ad extrajudicialem cognitionem, alioquin non posset Episcopus delegare inferiori Prælato, cum ius delegandi pertineat ad Pontificem Maximum pro cuius opinionis comprobatione.

3 Addu-